

valli opere faciendo occupata erat (n. 1096, 1099); cohortis Batavorum memoria incerta est (n. 1101). Fallaci soni similitudine ductus Roy Coriam, quam Ptolemaeus (*Kopta* 2, 3, 9) Damnoniis tribuit (de quorum cum Dumnoniis Britanniae meridionalis cognatione dixi supra ad n. 775. 776), in *Castle Cary* posuit propter parietinas non paucas aedificiorum suburbanorum, i. e. extra castra sitarum; etiam granarium ibi detectum est in specu abditum (Stuart p. 346). Stationem non fuisse exigua

1093 Inventum (una cum anaglypho rudi Mercurii) apud *Castle Cary*, a. d. 1771, et a Laurentio Dundas Baronetto Academiae donatum MON. Found (a. 1771) in the quarry of the fort of *Castle Cary*, by the workmen who wanted stones for the canal between the *Forth* and *Clyde* AND. Servatur in museo Hunteriano; ara alta ped. 2 dig. 5, lata ped. 1 dig. 1.

FORTVNAE
VEXILLA
TIONES
LEG. II. AVG
5 LEG. VI. VIC
P.S.P.L L

Contuli. Monum. Scot. 28 (inde Goughs Camden 4 p. 102; Hodgson 2, 3 p. 265); Anderson apud Roy milit. ant. p. 201 tab. 39; Stuart p. 345 tab. 14 fig. 9.

6 P.S.P.C.L Mon., P.S.P.L And., P.S.P. M. Stuart. Mihi hastae duae certae visae sunt, utrum L an I significant non liquebat. Pro salute posuerunt laetae libentes vel similiter explicari solent litterae illae, parum probabiliter.

1095 Ara rep. to the westward of the fort (*Castle Cary*), alta dig. 19^{1/2}. Servatur Glasgoviae apud Iohannis Buchanani generum (Mr. Holms, in the lobby of his house, 9 Park Circus). Litterae quamvis minutae in universum clare leguntur, sed pictae sunt nuper atramento, ut observavit DICKSON.

D E O
M E R C V R I O
MILITES · LEG · VI
VICRICIS · PIE · F
5 ED ⋄ ET ⋄ SIGILLVM
CIVES ⋄ ITALICI
ET ⋄ NORICI ⋄
V ⋄ S ⋄ L ⋄ L ⋄ M

Ectypum misit Dickson, unde descripti. Stuart p. 349 tab. 14 fig. 3.

5 IDEI-SICILI Stuart, qui legit f|id(elis) et Sicili(ae); male omnino. In ectypo omnia clara sunt, praeterquam quod E prima speciem praebet E nexus; casu puto. 8 V.S.L.P.M Stuart.

Deo Mercurio milites leg(ionis) VI victricis pie f(idelis) ed(em) et sigillum cives Italici et Norici. V(otum) s(olverunt) l(ibentes) l(aeti) m(erito)

Cives Italici et Norici verba ante v. 5 ponenda erant.

ipse titulorum numerus docet plerisque reliquis maior. Si recte coniecumus stationum seriem servatam esse apud Ravennatem eamque incipere ab oriente, in *Castle Cary* cadit eius *Volitanio*; nam ab oriente incipienti altera haec est mansio certis vestigiis comprobata. Ad *Dicks house* (cf. Horsley p. 171), *Chapel Hill*, *Elfhill*, quae sunt loca in valli linea a *Castle Cary* versus orientem sita, castellorum minorum vel turrium vestigia observata sunt ab Horsleio et Guilemo Roy hodie iam deperdita.

1094 *Castle Cary*. An altar to be seen near to *Comernauld*, the residence of the Earl of Wigton SIBB. *Castle Cary* . . .; a small portable altar de parte superiore; de inferiore: here has been found . . . an altar, on which were engraven these letters: legio Britannorum; but I never could procure a sight of it; however 'tis said to have been a long time in the house of Cummernauld GORD. From *Castle Cary* at the Earl Wigton's in *Cumbernauld* partes ambae HORSL. An ancient stone digged out of the ruines of *Severus Wall* and kept at *Cumbernauld* by the Earl of Wigton. Ubi extet ignoro MORT.

Sibb.:

MATRIBVS
MILITES
VEXILL·IO·
LEG·XX·VI
5 BRITTON
V·S·L·P·M

Gord.:

M A M F S
MILITES
VEXILLIO

Horsl.:

M A T R I B
M I L I T E S
V E X I L L
—
B R I T T O N 5
V S L L M

Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 48 (inde Spon. misc. p. 105 'ex Fahl Scoto'; Gibsons Camden p. 1102); Gordon it. sept. p. 57 tab. 15 fig. 2 (inde Stuart p. 346); Horsley p. 201 *Scot.* 21 et 20 fragmenta duo unius arae esse non perspiciens (inde Goughs Camden 4 p. 99; Hodgson 2, 3 p. 264); schedae Mortonis n. 6; Stuart p. 346 tab. 14 fig. 6 partem superiorem tantum exhibet.

V. 3—5 VEXILIO|LEGIO XXV|BRITTONVM Mort. supplementis, ut appareat, additis de suo.

Fragmenta esse unius tituli exempla Sibbaldi et Mortonis indicant, quod Horsleius negat propter mensuram fragmenti inferioris paullo magis latam, ut videtur, quam superioris. Sed non puto Sibbaldum et Mortonem versum totum addidisse de suo. Contra Brittones militasse in legione illa legionibusve illis cum per se ferri possit, tamen aliunde demonstrari nequit. Unde rem in incerto relinquo, donec fragmenta denuo comparebunt. Brittones enim fortasse breviter positum est pro eo quod esse solet in titulis eius generis *cives Brittones* vel *natione Brittones*; quale originis vocabulum etiam potest excidisse in fractura lapidis. V. 4 etiam legi potest *leg(ionis)* [VI] *victricis*.

Matribus milites vexill[at]io[n(um)] leg(ionum) XX, VI Britton(es)? v(otum) s(olverunt) l(ibentes) l(aeti) m(erito)

1096 Ara reperta in the vicinity (of *Castle Cary*, prope aram Mercurii n. 1095), in a thicket, choked with briars, close to the rivulet called the Red-burn, which flows past the fort. Servabat olim Mr. Forrest, Johnston Cottage, parish of Cadder; extat Glasgoviae apud Iohannis Buchanani generum (Mr. Holms, in the lobby of his house, 9 Park Circus) DICKS.

Stuart:

○
· · · · ·
COHORS
· · · · ·
5 · · · · · ∞
CVI PRÆST
VERVS PR
V S L M

ego:

D E O
SILVANO
COHORS ⋄ I
FID · VARDVL
C·R·EQ·∞ 5
CVI · PRAEST
TREBIVS
VERVS · PR
AEF

Ectypum misit Dickson, unde descripti summa cum difficultate. Stuart p. 350 tab. 14 fig. 2. Sequor eius tabulam, in textu exhibit v. 2 ita . . . ANO, de Silvano cogitans recte, et comparat supra n. 1081.

V. 1. 2 quamvis evanidi tamen certae lectionis sunt. 3 Numerus in fine primo aspectu vel II vel III videtur esse; sed potest etiam I legi. Prima tantum eius gentis cohors in Britannia nota est ex titulis, cf. cap. XXXVI (supra p. 93) et cap. LXII (supra p. 178); cf. etiam diploma n. 1194. 4 . . . ED . . . D Dickson legit. Nullum inveni cohortis nomen, quod in litterarum apices melius quadraret, quam quod posui; et re vera omnium litterarum, quibus nomen illud constat, elementa clare distinguo. 5 C·R·EQI ✕ video in ectypo; nisi forte scriptum erat EQVI, quod vix probaverim; hastam illam puto fortuitam esse. 7 Nomen praefecti gentile satis certum est; TRIB . . . or something similar legerat Dickson.